Alexander
...is. Crac.

Cracoviensis Collegii Scholar. Piarum Orbis gratia, Europae votum, Regni et Reipublicae corona etc.

ORBIS GRATIA,
EUROPÆ VOTUM,
REGNI & REIPUBLICÆ CORONA;
PURPURATUS
Patriæ & Ecclesiæ PATER,
EMINENTISSIMUS
CELSISSIMUS ET REVERENDISSIMUS
PRINCEPS AC DOMINUS,
D. JOANNES
ALEXANDER
A LIPE
LIPSKI,
S.R.E. CARDINALIS,
EPISCOPUS Cracoviensis,
DUX SEVERIÆ,
Post delatam Sibi ab Vniversali ECCLESIA,

in Coronam Meritorum

ROMANAM PURPURAM,

VOTO ET PLAUSU TOTIUS POLONIÆ,

Cultu & Æcumenicæ Congratulationis homagio

CALASANTINÆ SCHOLARUM PIARUM

PROVINCIÆ POLONÆ,

Per Collegium Cracoviense, Panegyricè

CELEBRATUS.

Anno Universalis in Orbe Gratiæ M.DCC.XXX.VIII,

CRACOVIÆ TYPIS UNIVERSITATIS.

In Gentilitium Insigne
EMINENTISSIMI CARDINALIS.



AVSONIAS non jam jactent Capitolia FRONDES;
LIPSCIA Romuleum RASTRA tulere Decus.
Omnibus hoc Trabeis natum est illustre TROPHÆVM,
Cum tulerit MITRAS, Summa TRIREGNA ferat.

EMINENTISSIME REVERENDISSIME PRINCEPS.

ORbis Gratiam, Tibi Oponimus in Panegyrim; nec aliam, nisi Te Ipsum. Quidquid Honoris Tibi & Gloriæ contulit Orbis, Tibi debes,

 tanquam

962

tanquam ex naturæ dotibus, Domûs excellentia, Virtutum & Meritorum consummatione, Principali Fortunæ ejusmodi Authori. Eminentias, Fastigia, Gratias Christianæ Reipublicæ, quibus Orbis Majestates in Tuum concurrerunt Honorem, non in Nominibus tantùm JOANNIS & ALEXANDRI, quibus majus nullum colimus, sed in Eminentissimis dotum & Probitatis Tuæ præfers Perfectionibus. Nondum dictus es CARDINALIS, Honorum illa Ipso VICE-DEO inferior Summitas; jam Par Regibus, & ad quamvis natus Purpuram, vel ex ipso Augu-

stali

stali Animi, adorari merebaris Cādidatus. Quocūq; hactenùs scribi poteras diciquè Titulo, (mereris autem semper scribi diciq; augustiùs, quàm scribi & dici possis;) inferior Meritorum Tuorum erat sublimitate. Jam unius VAVELI etsi TERNUM DIADEMA, Virtutum Tuarum Coronandæ non sufficiebat Majestati. Non sufficiebat Mitratus INFULÆ Cracoviensis, etsi adeò Excelsæ, ipsorumquè Coronatricis Regum, Honor. Debebat venire major ab Orbe Corona, ut Orbi parem regendo beandoque, & nullâ jam non præcellentem in Eminentissima Domo Gloriæ Cydari, Tuum re- 963

B dimi-

964 dimiret Verticem. Post CASTELLANAS, PALATINASq; Curules, post EPISCOPALES, PRIMATIALESq; Dignitates, id est summa quæq; Honorum Decora in LIPSCIANO possessa Nomine; post Tuas Ipsius CANCELLARIAS Regni Ceras, LVCEORIENSES & BRESTENSES, præsentesquè CRACOVIENSES, id est Primas in Polonia INFULAS; post CORONATAM plusquam DUCALI PONTIFICA TuaDexterâ & dexteritate, Regni MAJESTATEM & FORTVNAM; deniq; post Occupata PRICIPUM Supremorum in Orbe Orthodoxo pectora, Æstimationem, & Laudes; una

jam

jam, etsi Princeps, etsi Tuis sublimata Decoribus Te non capiebat MITRA. Colebaris CRACOVIENSIS summo omnium plausu ANTISTES, Expectatio totius POLONIÆ eras, totius Votum Europæ. Ergo tantis incitatus Meritîs, Orbis HONOR, justè ad Gẽtilitiũ RASTRUM Tuum tanquam ad Triũphale in Fastigiatis MONTIBVS Dignitatũ TROPHÆVM advolat; post collectos tot Laurearũ Adorearũq; Manipulos, ampliores tã Nobili INSTRUMENTO legendos in AUGUSTO Gloriæ offert Fructus, id est, Aureã Messem post Aurea Merita. Adest cum eo, pridem Tibi debita, Gratioso 965

 JOAN-

JOANNIS obstricta & devo-
ta Nomini, EMINENTIALIS
MAIESTATIS provoluta Cultui,
inter Æcumenicos Applausus
& Vota, Religiosa nostra PA-
NEGYRIS. Nec aliud pro uni-
versa laudum Congerie ad pu-
blicæ, Congratulationem Fau-
stitatis, Coronam Expectatio-
nis, Te adorat Titulo, quàm
Magno connonymā Nomini,
Universalem Orbis GRATIAM.
Sic ex Materia habebit gratiā,
quam à forma non affert. Te
nisi Ipso, PRINCIPVM Or-
bîs affectibus, Tuisq; simul cul-
to gratiis se Tibi adornat Ora-
tio, ut ex propria incomptam
arte, ex nostra indignam tenu-
itate, Principe non dedigneris

obtutu. In Tua se Tibi præ-
sentat PURPURA, ut Tuo
digna appareat in conspe-
ctu. Non despeciendam se ab
alto EMINENTIÆ, & sty-
li & submissionis Religiosæ
cōfidit humilitas, quæ eò ma-
jori solatij sui corá Te, PRIN-
CEPS, plaudit argumento,
quòd LIPSCIANOS MON-
TES, MONTIBUS ALBANIS,
& Supremo illi CLEMEN-
TIS FASTIGIO, sub Cujus ser-
vamur umbra, approximari
Honore, utinam & succedere
videamus. Horum MONTI-
VM dum nos profitemur Ato-
mos, infra PONTIFICIO-
RUM Tuorum calcaneum
tamdiu hæremus conglome-

rati pedum, donec, quibus Ecclesiam & Patriam bajulas manibus, ijsdē PROTECTOR sustentes & erigas substratam Tibi,

EMINENTISSIMO TVO NOMINI

Devinctissimam
Cum Primo Diœcesano Cracoviensi COLLEGIO
Totā PROVINCIAM POLONAM
SCHOLARUM PIARUM.

PANEGYRICUS.

ROMANOS Fasces, Fortunatissima Regni
Culmina, PURPUREOS inter fulgentia PATRES;
Quo non surgit Honor Lechiæ nec Gloria major,
Illud Grande Togæ Pretium, Decus illud HONORIS!
Maxima Regnorum, quo se collegit Honestas,
Romuleusq; PATER Triplicis dat Serta CORONÆ
Quo Superûm, quo Gentis Amor, quo Gratia Summæ
Summa Potestatis, concentratiq; Favores,
Unius in pretium veniunt Virtutis ab Orbe;
Penna refer: jam prisca redit felicior Ætas!
Aurea PURPUREO donantur Sæcula PATRE.

Majestas geminata Throno est! PAR REGIBUS Ara
Condecorat! Quæ jam Mitris, quæ gloria Gemmis?
Purpureum se tollit Ebur! majorq; Senatus
Audit, major Eques! Regni Respublica major.

Exultant Cydares, Castrensia, Civica Serta!
Sangvine ne rubeat, rubet Alto MURICE Regnum.
Nobilis Ostentus Patriæ! Unum PURPURA texit
Tanta VIRUM, at totam Gentem protexit inermem.

Sic meritò rubuit, *Patriæ qui* Candidus *Almæ*
Semper erat. Superûm, Supremorumq; Coronam
Summa merebatur Virtus; & Candor *in Omnes,*
Omnibus ad votum, quem PURPURA *tanta*
revinxit. Ita est,

CORONANT iterùm POLONIAM Superi, ubi post CORONATAM AUGUSTI III. Majestatem, PARI SERENISSIMIS Honore PRINCEPS Polonus coronaris, CARDINALIS EMINENTISSIME. Compensat in Te, ampliori auge, liberaliter in nos munificus Cælorum favor, quæcunq; Regno Lechiæ damna sinister intulerat eventus. Post partâ inter bellici tonitrua Martis, GEMMAM REGUM AUGUSTUM, quâ unâ, satis redimi calamitas videbatur publica; altera ad thesaurum Fortunæ donaris GEMMA, id est, Senatûs & Statuum nobilis Unio, PURPURATORUM GEMMA PATRUM. Ut eò pleniùs componantur, si quæ supersunt Civilia Animorum odia, Amor PRINCIPUM,

& GRA-

& GRATIA ORBIS JOANNES, expectato Cæli accedis beneficio. Grande Poloniæ Jubilæum, Honoris Tui tàm augusti tam ingens Indulgentia! Divam Virtutem & Heroica Merita Tua, Fastis Ecclesiæ asserens SANCTISSIMUS, ubi publico Orbis Te exponit Cultui, totum Sarmatiæ Regnum absolvit plenariè, ab omni contra suam obice felicitatem. Planè, Dignitatis Tuæ tanta, tamq; solennis in Ecclesia Universali Celebritas, non ipsius jam NOMINIS Tui per Orbem universum, sed singularis Regni Poloniæ Festivitas est. Non enim ita, Amplissimam hanc, CARDINALIS MAGNE, induis PURPURAM, ut in Tuis tantùm hæreat humeris; extendit se specialiter ad totius istius Dignitatem Reipublicæ; induit eam Tecum Majestas, induit Senatus, induit universæ Polonæ Gentis Honos. Vix limina Tua ingressus, Sacro-Augustus MUREX; tota Lechiæ *Subière novi Palatia* *Stat:*
Falces: REGI, altera propè Corona; Ci-

D vibus,

972 vibus, Majestatibus par Eminentia; Stallis ac Curulibus omnibus Regni hujus universale quoddam Decus, gloriæ Insigne Idem immortalis: *PURPUREIq; PATRES, Turmæq; Tribusq;, Omnis Honor lucem Magno de CONSULE ducit.*

Quantò Nobis Omnibus! quantò Vniversæ POLONIÆ, Triumphi natalis, Tui ejusmodi Natalis Honoris! quantorum materies opima gaudiorum! Respublica tota agitur in tripudia & plausus; & jam Augustæ Tuæ lætabunda hinc inde accurrens gratulatur Dignitati, jam suæ ubiq; abacto post limites metu & luctu, securior applaudit Fortunæ; ad exortam Inaugurationis Tuæ Auroram, amæniores certo omine sibi pollicens Soles, SERENUM inchoans, & expectans innube communis prosperitatis. Dies Tu Ipse diu, CARDINALIS OPTATISSIME, non obtinebis quietos, Communis eos interturbabit, eripiet Tibi Congratulatio. Nova continuò venient Vota, offerent

ferent se Comprecantium affectus, Atria implebunt Quiritum Agmina, onerabunt Curiam non domestica tantùm hujus Regni, sed Extraneorum etiam Officia Principum; per Sanctuaria æquè ac Palatinas Ædes Te comitabuntur, & ingenti quaquaversum satellitio sequentur Applausus: declamabunt per Rostra Tullii, attollent per Fastos Encomiastæ, simul Honorem Tibi Summum ad perennem Lechici Nominis gratulantes gloriam, simul Te Honori Tuo par decus, & non minorem tantæ Olympo Eminentiæ adorantes Atlantem: *Scriberis, totiq; diu narraberis Orbi Aureus, ad Lechicæ Decus immortale Coronæ.* Paneg. LIPSC: Scb. P. Roma suis Capitolia majori nunquam adornavit Triumphatoribus Apparatu, ut Tibi paratur Applaudentium Pompa, & jam sese palàm exhibet Animorum: *Mille Trophæa feres, tantùm permitte triumphos.* Stat.

Qumodò verò universi, ad festivos tam Augustæ, & diu expectatæ, INAUGURATIONIS TUÆ dies, non

 serene-

serenemur in gaudia? non gestiamus triumphis? quomodo ad Ingressum Tuum in Trabeati ejusmodi Templum Honoris, tota non accurrat, solennissimis plausibus & votis Te non debeat celebrare Polonia? quæ Tuis jam illustrior Splendoribus, Æminentissimæ accessu augustior Dignitatis, Solio tanto de suis erecta fatis, à pretioso PURPURÆ Tuæ vellere aureos sibi venire annos, aureos ordiri menses, ac nescia ferri tempora, & gaudet feliciter, & frementibus licet adversis, præstolatur experiri. Non formidamus hostile Sagum, Te Togam Illustrem adeò induente; velut misso è Cælis Ancili, & Scuto adamante omni feliciore donatam se sentit Respublica, ubi oblatæ Tibi à Supremis Potestibus pretioso TRABEÆ tectam & protectam Munimento. Fortior Tu pro Patria Troja in Aurea ejusmodi Cyclade Hector, quàm quivis suo in ferro Achilles. Aget in ruborem Fata boni publici, Augustus Tuus

MUREX; siccabit, si quæ supersunt in facie Patriæ, lachrimas, & Frontis Tuæ & Dignitatis SERENITAS; nec jam solo Honore, dicêris, celebraberis ab Orbe nostro, Ecclesiæ, sed Fortunæ universalis, CARDINALIS. Multorum enim verò indignum illum sua Dignitate novimus genium, ideò tantùm eminere Honoribus, ut emineant; ideò jubar aucupari Dignitatum, ut dicantur, scribantur Illustrissimi; ad evanidæ fastum & ostentationem gloriæ, honorarios occupant Fasces, effulgent Titulis: quasi ideò illustrissimus Astrorum Princeps supra Zodiaci ascendat eminentiam, ut suæ tantùm majestati illustrem accendat pompam, & non potiùs ut in tanti auge splendoris, universo amænam radiorum communicet lucem, spargat diem meliore coma. Vidimus plerosq;, postquàm assurrexerint ad sublime, parùm curare, an cum eis assurgat simul bonum commune, an prostratum gemat; modò ipsi in alto

ſedeant, etſi ruant omnia: non publici boni, ſed ſui promotionem curantes; illuſtribus intra ſuos lares ardent Titulis, frigent amore erga publica. Procul vel minima opinionis hujuſce umbra à Tui luce auguſta Splendoris, CARDINALIS AVSPICATISSIME, qui ut ſemper per omnes Ampliſſimarum Dignitatum Gradus, Myſtes & Victima Salutis publicæ ad Aram Honoris extitiſti, non Tuo, ſed communi omnium bono Sacrificans & Temet immolans; ita præſentis Decus aureum & præſtantiſſimum PVRPVRÆ, non tã ad Nominis Tui ſemper auguſti, ſemper decore omni & gloria divitis ac eminentis, quàm ad theſaurum & pretium augendum Communis Regni ſumis Fortunæ. Inſigniris Titulo Honoreq; EMINENTISSIMI Jlle, qui per Summos Meritorum, Officiorum, Honorum in Regno Sarmatiæ & Eccleſia Apices, velut unus optimarum Apex Mentium, zelo, prudentia, conſilio, dexteritate agendi maximè

ximè eminuiſti. Inſcriberis *PURPURATORUM* Albo *PATRUM*, qui ſemper Reipublicæ Candidus, auro lauroq; notanda pro ea egiſti: *Ductus per omnes Dignitatum Characteres, meritusquè plures, quàm gerens.* Tarquin. Galluci. us. Regibus, id eſt, Lechicis Alexandris fidelis & omni comparatione major Ephæſtio, Senatui verior divinitate ſentiendi Conſus, Legibus & Libertati infracto pectore & ore, quo ſolo Imperium meruiſti, Gente ſua dignus Patritius; Religioni promovendæ Pompilius Sanctior, Patriæ quam è mediis extuliſti flammis, divinior Æneas! inter turbines Pacificator Agrippa, inter fluctus animorum Numen procellis imperans. Dies Tui omnes, quos hactenus Patriæ donaſti & Eccleſiæ, Sole illuſtres & pleni, æſtu curarum maximarum ſæcula meriti & æternitatem, evidenti nobis documento ſunt, quanto cum emolumento, æſtimatione, gloria ac honore iſtius Regni, Religionis zelo & manutenentia, *MINISTER, SENATOR, ANTI-*

 SIES

STES, id eſt Polon, HONORIUS, omne Honoris Officijq; decus poſſediſti. Quidni igitur in præſenti DIGNITATE, quæque optima, Lechiæ, imò Orbi, cui effulges, de Te augurari liceat? quidni formemus omina, Te & communi omnium digna bono? Gratulamur jure optimo, ſumma virtutis Tuæ Exiſtimatione REGNO Fortunam ſummam; gratulamur tam ſublimis Speculæ DIGNITATIS Argum Centoculum, qui de ea meliùs, quàm Manlius olim de Capitolio, pericula terrarum proſpiciat avertatq;, gratulamur Aquilæ Polonæ Solem, Sereniſſimis Parem Planetis, qui nubila diſſolvat Terris, ſæcula formet meliore metallo; Sacri Senatûs CARDINALITIJ Cælo gratulamur Sidus novum, EPISCOPALIBUS, DUCALIBUS, Illuſtriſſimis Familiæ optimè meritæ, & ſuarum Virtutum Auguſtum Splendoribus, dignum tanto Firmamento, dignum vel in Supremo Eccleſiæ præfulgere Olympo. In ſumma

ut dica-

ut dicamus omnia, gratulamur Orbi, ORBIS GRATIAM. Hoc uno Totum Te Titulo, dicimus, ſcribimus, Orbi & Sæculis legendum proponimus, CARDINALIS EMINENTISSIME; quia omnes Orbis lucratus es, omnes in Te Virtus, Natura, & Fortuna collegit Gratias, & unam adeò efformavit Inſignem, ut Orbi ſit par beando. Permitte, diſtinctim Gratias ejuſmodi ſingulas, Tuæ & noſtræ in Te Fontes Coronemus Fortunæ. Prima & Maxima, Caputq; cæterarum, Orbem in Te implens, laudes & paginam obruit, primo omnium celebranda Elogio,

GRATIA
CLEMENTIS XII.
Optimi Maximi
PONTIFICIS.

Maximum Elogij Genus,

Mereri laudari, nec poſſe.

Suprema Merita eminent ſupra Laudes.

F

Diſe-

980

Disertius memorantur silentio,
Seipsis plusquam Vocalia.
Facibus Sol non illustratur, nec guttis grandescit Mare.
ELOGIA
CLEMENTIS XII.
Admiratores habet, nō Orato-
Imò, (res.
Quibus nec Orbis par theatrum,
etiam Admiratio non sufficit Universi.
Hic PONTIFEX,
Inter Summos,
Major Maximis, melior Optimo.
Inter Sanctissimos, (rum.
Religione, Gestis, Oraculis,
In Gubernatione Ecclesiæ,
Quo non Sanctior Alter, nec divinior.
Speciali DEI Titulo
Dictus
CLEMENS,
Quem
tam Clementia, quàm Justitia
æquat Divis. *
Clementissimus miseris,
Iustissimus Meritis.
In Vtro-

* *Sola æquat* Clementia *divis.* *Claud:*

981

In Vtroquè
SANCTISSIMUS,
& verus in terris
VICE-DEUS.
Nempe:
Pietate & Justitia PRINCIPES *Dij fiunt.* Aristot:
A Divinis tamen abstinens Nominibus,
In Vice-Divina Authoritate, & Divinissimis suis dotibus,
Usitato PONTIFICUM *Vocabulo*
Audit
CLEMENS,
Numero, & Perfectione Apostolica
DUODECIMUS;
Sanctitate & Gloriâ,
Numeris omnibus absolutus.
NAVIGANTI ECCLESIÆ
In summa Orbis totius Tempestate,
& TYPHIS & CYNOSURA:
Plus Dico,
alter propè
Visibilis quo servamur DEUS,
Fluctibus & tempestatibus imperans,
componens ad malaciam.
Vt ab una PETRI Navi
Totius Orthodoxi Orbis salvaret
Fortunam,
nullum non subiit laborem;
F2 Turba-

Turbatamq́ ratem; certaq́ levavit

Claud. *NAUFRAGIUM COMMUNE Manu.*

Vt Ferri bellici vim emolliret,

Auream aperuit Portam.

Quâ

cùm alios favores & Gratias Pacatrices

expediret in Orbem,

tùm Maximam POLONIÆ misit

G R A T I A M

In

JOANNE CARDINALE

L I P S K I,

Orbi pacando parem beandoque.

Durâ ferri ætate

Aureus Pater aurei sæculi!

Imò totus

Nō jam Vaticani *&* *LIPSCIANORUM* Mōti-

Sed omnium Mentium (um

Aurum Optimum!

Vt

exhaustam calamitatibus ditaret

S A R M A T I A M,

Seipsum ei acclinavit

SANCTISSIMUS Ortus in *FORENTIA*, cujus Stem- *Poma aurea*.

in proxima Summæ SEDI

E M I N E N T I A.

Flos Florentiæ,

Eccle-

Ecclesiæ, & omnium benè meritorum

Fructus Aureus!

æquè satiat vota universorum;

ac virtutes & merita

Coronat.

Verè jam apparet,

Excelsæ Honoribus suaq; Majestate

C O R S I N O R V M Domûs,

C O L U M N A E X C E L S A ! Prophætia S. MALACHIÆ.

Non Ecclesiam tantùm Universalem,

prementibus adversis,

Erigit,

Etiam particulares benè merentium

Virtutes

Exaltat ad Coronam.

ET hæc Nos SANCTISSIMO, nunquam satis laudando, CARDINALIS MAXIME. Debuit coronari vel exili hoc Elogij folio, Tantus nostræ in Te felicitatis Fons, seipso satis coronatus, Tuorum supremus Meritorum, Publicæq; Coronator Expectationis. Si cui, certè, Sarmatico Regno, duodenario

G major

major numero CLEMENS in Te est factus, Tibi verò JUSTUS PRÆMIATOR, hic PRINCEPS! eò Gratiæ erga Nomen Polonum, Justitiæ erga Tua merita, in Honoris Tui elargitione procedens; ut de Apostolicæ & Vice-Divinæ Potestatis plenitudine, nec donare nobis potuerit amplius, nec Tibi minùs debuerit. Amavit Sanctitatem Tuam SANCTISSIMUS, & ideò non uni Diœcesi ac Regno, sed toti eam effulgere voluit Ecclesiæ. Erexit de Patritiis Tuis *MONTIBUS* dignam Orbis Oculo, dignam Fastigijs Supremis in Te Virtutem! Apotheósim emeritum Pectus, ardenti pro Cælo & Religione plenum zelo, publico Ecclesiæ donavit jubare splendoreq;: *Sanctissimas enim Fidei cogitationes, nunquam non publicas, nunquam non decuit esse coronatas.*

Inn. Et verò Eloquentissimo Regni *MERCURIO* hic competebat *GALERUS.* Hac *GALEA* & *LAUREA* redimiri debuisti DUX OPTIME, à Supremo Militantis Ecclesiæ IMPERATORE, post decumatos, heroicorum pro DEO Exercituum, La-

borum Triumphos. Plusquàm Xerxis Classem, millenis Virtutis Onerariam implevisti Meritis, ut per Honoris Altùm ad beatas evehereris Insulas, pro Cynosura supremum Cæli Orthodoxi jurè Tibi præluxit SIDUS. Meritò effusus in gratias Dignissimo Nomini Tuo CORSINUS *SANCTISSIMUS*, Cujus *COR* & Piscatorij *GEMMA* Æstimatissima *ANNULI* extitisti. Creavit Te CARDINALEM, sed non ex nihilo Meritorum; imò GRATIAM hanc de Tui Nobilissima Animi eduxit potentia, tanquam de condigno ejus subjecto. Verùm post Supremi Gratiam CAPITIS, jurè jam adoraris

GRATIA ECCLESIÆ UNIVERSALIS Sacro CARDINALIUM Collegio *PROMOTA.*

Specta & plaude devota Divis
CHRISTIANITAS!
Novum Sacrorum INDIGETEM
Inter beatificos *PURPURATI HONORIS* radios
In ECCLESIA
Adoramus.
Solennem hanc meruit
Tantæ Apotheósim Gloriæ,
Meruit Universalem Orbis Cultum,
Sanctis pro DEO & Ecclesia perfunctum
Laboribus,
DIVUM MAGNI
CARDINALIS
NOMEN.
Salutate
PURPURATI PATRES
Ad AUGUSTALE SENATUS Vestri
Parem Solio omni
HOSPITEM!
Nullâ in Polono Orbe non eminet Curuli,
Nullum non ornavit, aut non meruit
Fastigium.
SUPREMÆ CAPITA EMINENTIÆ!
FRONS Lechici Senatûs,
Et CAPUT *INFULIS* ac *MITRIS*
Vel ante Titulos
EMINENTISSIMUM
Vobis

Vobis adjungitur.
Videte Vestræ pretium *CORONÆ!*
GEMMÆ DUCUM & PRÆSULUM,
Imò
GEMMÆ REGNORUM
Ex Orbe Vobis inferuntur.
Quantus Splendor Ecclesiæ!
Quam tot præstantes Sapientia & Dignitate
Soles irradiant.
Meritò jam quisq; agnoscat,
Tanti Jubar Senatûs
Coronatis præstare SERENITATIBUS;
Tantorum QUIRITUM Togam,
Purpuris & Paludamentis Orbis,
Graviorem esse,
Ad quam ferendam
Nonnisi ATLANTES Magni,
& *Fortiora Ecclesiæ BRACHIA*
Eliguntur.
Vide
CARDINALIS
EMINENTISSIME,
Quantus Quibusvè
Accedas!
Tam Tua in Illis, quàm Illorum in Te
SUMMITAS
Adoratur.

Hi sunt Ecclesiæ
PRINCIPES,
Quibus MONARCHARVM flectuntur
Majestates.
Hi ad *PETRI* Cathedram
Perfectissimi
Fidei MAGISTRI,
quibus Christiana VNIVERSITAS
Eruditur.
Sine his OCVLIS
Cæca est Fides;
Sine tantis SIDERIBVS,
Firmamentum Ecclesiæ non rutilat;
Sine hujusmodi INTELLIGENTIIS,
Celestes Religionis Orthodoxæ Orbes non moventur.
Illis non Minor adjungeris
SupremiAreopagiNUMINIBUS,
Quæ
quod loquntur, *Oraculum;*
quod agunt, *Miraculum;*
quod scribunt, *Evangelium.*

ET id nos Elogium EMINENTISSIMO è Tua Panegyri promimus COLLEGIO, CARDINALIS MAXIME. Laudamus SENATVM, cui nullus ali-

ut par

us par in Orbe, ut quantæ Tua in eo PVRPVRA sit prærogativæ, quâta Tui Majestas NOMINIS, vel ex eo intelligatur. Unus è Tantis adoraris MAXIMATIBVS, Illi Omnes ut noscuntur in Te, ita scribi laudariq; merentur. Æquè namq; Jllorum Laudes, Tuæ sunt; ac Panegyris Tua, Jllorum commendatio & Encomium. Accessisti Tantis SIDVS SIDERIBVS, & totam Eorum lucem, magnitudinem, elevationem supra Orbem, communem Tibi fecisti, eandemq; cum Tua. Et hoc est, ob quod Te sympatica quadam pertraxerunt vi & affectu, ut in hoc effulgeres cum Eis Olympo: nempe Virtutis Emeritæ, Cælo & omni Gloriæ, dignæ Fastigio, assymbola in Te qualitas & magnitudo. Perspexerunt hi Ecclesiæ OCVLI Tuam à longè Probitatem, viderunt, quanta Te Liberales Superi dotum maximarum supra cæteros extulerunt præstantiâ, quantis Tu Ipsemet Te cumulaveris Vitutum decoribus, quod quantumvè agendi pro Cælo maxima, evaseras Exemplum! &

nullâ

99 nullâ jám dissimulari poteras ratione, quin unanimi voto toti declarareris Orbi, quantus Virtute & Merito ante Titulos eras, nempe EMINENTISSIMUS. Probarũt *LYDIJ* ejusmodi ad PETRAM *LAPIDES*, & approbarunt Tuarum aurum optimum qualitatum! judicarunt convenientissimè, dignissimè super CANDELABRUM ECCLESIÆ Te ponendum, qui & Ceris & Virtutibus benè jam toti effulseras Orbi. Non nominando distinctim Singulorum singulares in Te affectus, EMINENTISSIMUS CARDINALIS ALBANI, Regni POLONIÆ PROTECTOR, silentio præteriri non potest, dignus quem Fasti loquantur & Sæcula. Quo pectore totam degestat POLONIã, amoreq; in SCHOLAS PIAS propēdet Maximus, Hic Fortunæ nostræ Bajulus; eodē in Eminentissimā Tuam PRINCEPS Dignissime Virtutem, ac publicam REGNI effusus est expectationem coronandam. Debes Illi summum de Te, Tuoq; par Merito & Dignitati in CAPITE Orbis Judicium; debet POLONIA

Fortunam

Fortunam suam, & maximam in Tē Gratiam. Montes Annibali impedimento olim fuisse traduntur ad Romanæ Triumphum gloriæ capessendum; Tibi ad Vaticani Capitolium Honoris, nostrorumq; Triumphum & Coronam Votorum, suffragium nobile ALBANI *MONTES* evaserunt. Dum CARDINALITIIS ita immoramur favoribus gratijsq;, subit oculos, pennam rapit in amplius Meritorum Tuorum Elogium, Universi 99'

GRATIA

& VOTUM Sac: Romani

IMPERIJ,

LIPSCIJS

Semper Addicti.

Huc Aquilæ Ingeniorum!

Ad illustrandas ampliori in Orbe jubare,

EMERITISSIMI

CARDINALIS

Laudes,

Post SIDERA *Ecclesiæ*, SOLES *Imperij*

in Panegyrim veniunt,

Magni

992

Magni ROMANORUM
IMPERATORES,
Honori & Nomini LIPSCIANO
Inocciduum Gloriæ Diem accendentes.
Pulchrum est, amari à Magnis, laudari à Maximis;
apud Optimos bene mereri.
Ephæstioni stat pro Elogio Alexander.
LIPSCIJS,
Si sua Virtutum, Meritorũ, Splendorum,
Quibus Orbem impleverunt,
deessent Elogia,
Sufficeret ad Panegyrim,
PRINCIPUM, REGUM, CÆSARUM,
Amores, Privilegia, Gratias
Meruisse.
Sacro IMPERIO Romano
quid Augustius?
Majores Romanis nusquam legi.
IMPERATORIB9 OCCIDENTALIB9,
Monarchas Orbis non habet Illustriores.
Maximi sunt In Se,
Sed non Minores
In LIPSCIIS.
Taceo, si taceri possunt,
MAXIMILIANOS, FRIDERICOS,
FERDINANDOS TERTIOS,
LEOPOLDOS, AUGU-

993.

AUGUSTISSIMÆ AUSTRIACÆ DOMUS,
& totius IMPERIJ
Decora Immortalia.
Quorum *Tesserariæ*,
Laudibus, Privilegijs, Honoribus
LIPSCIANUM Nomen
Cantantes sublimè ferunt ad sidera
ALAUDÆ.
Laudum Synopsis,
& ut (nis,
IMPERATORũ Prodigiũ ac prope Coro-
CAROLUS VI.
Ita
Tui Nominis ac Meritorum
CARDINALIS MAXIME,
Ingens Corona.
Hic est Ille
SOL Imperii, imò Europæ!
in quo cùm
Omnia illustriorâ Cælo, Orbe majora:
tum illustrissimum & maximum,
Religio
Sacris & Sanctis honoratâ,
Defensa à barbaris.
Imò Sole jam Major!

à quo
Romana ECCLESIA,
Sidera, Iubar, Splendorem;
Luna Othomanica,
nunquam lucem, sæpe ecclipsim;
OCCIDENS perpetuum Meridiem,
ORIENS frequentem Occasum,
Iusitato naturæ accipit prodigio.
Ne mirare jam Orbis
CAROLOS MAGNOS!
Admirationem superavit
Hic
CAROLUS,
Nomine
SEXTUS,
Rerum magnitudine
QUINTO Altior.
PRINCEPS,
Cui Alius
Virgil: *Nec pietate fuit, nec bello major & armis.*
Tam Populorũ felix, quam Polorũ Sanctus
Expugnator.
Cùm tamen
& ætatum Exempla, & barbarorum vires,
& Elogia sæculorum.
Vicerit.
Tam Armis, quam Aris Triumphans;
Adhuc totus Mili-

Militãtis Ecclesiæ Honori & Promotioni
Militat,
Vbi inter tot Magnos Emeritosq; VIROS,
EPISCOPALIB9, PRIMATIALIB9, CARDINALITIJS,
Suo in Imperio ornatos Dignitatibus,
TE,
CARDINALIS
EMERITISSIME,
Ad CAPITOLINI Triumphum deducit
HONORIS.

TAntus es, PRINCIPVM EMINENTISSIME, ut ad Panegyrim Tuam etiam IMPERATORVM Laudes pertineant, Tuiquè Pompam comitentur Honoris. Adeò enim Emeriti in Orbe, adeò Æstimatione & Gloriâ Magni estis LIPSCIJ, ut etiam CÆSARES & PRINCIPES Orbis Vobis feceritis obligatos; nunquàm sufficienter laudandi, nisi Supremæ insuper in Vobis laudentur MAIESTATES. Merita Vestra dum hebetant calamum in sui Panegyri, acuunt in MONARCHARVM Elogia, Vestri Æstimatorum Nominis, & vel Præconum Ingentium Gloriæ, vel Virtutis

LIPSCII RASTELLINI & Łádzicii, Solis Stẽmatibus diversi: in IMPERIO ab antiquo Clari & Meriti. Okolski tom: 1. & 2.

tutis Coronatorum. Non coarctatur unius Regni limitibus, Famæ & Nominis Vestri amplitudo; implet majora Imperia! novit Polonia LIPSCIOS, novit IMPERIVM, novit Europeus Orbis! Ubiq; estis Meriti, ubiq; Honorati. Aliis Provincia una, unum Regnum sufficit ad Campum merendi; VOBIS Regna, Imperia, Orbis: Meritorum Theatrum, Fortunæ Domus, Honorum Promptuarium. Sæcula transierunt, ex quo simul in POLONIA Meritis, Honoribus, Gloriâ, Stirpe Vestra augustâ inter Principes floretis Familias, simul in IMPERIO pretiamini. *Annis* ab hinc *plusquam Trecentis*, ANDREAS de Lipe LIPSKI, Aulæ Primicerius *ERNESTI Archi-Ducis Austriæ*, suæq; Consortis *CYMBARCÆ*, FRIDERICI TERTII, & omnium Austriacorum Primæ Matris CÆSARVM, obsequia AVGVSTISSIMIS PRICIPIBVS impendit & vitam: vivit tamen semper in eis grata Vestri memoria Nominis, appretiantur æstimatissimæ Sangvinis, Sudorumq; Vestrorum

strorum Gemmæ, Honores accumulantur Honoribus, Virtutes & Merita coronantur. Taceant Oratores, loquen-Vos IMPERATORES, Virtutis & Nominis Vestri meliores Elogiastæ. Loquetur FERDINANDUS III. quod olim suo in Privilegio ad JOANNEM LIPSKI *EPISCOPUM* Culmensem, *LEGATUM* ad se VLADISLAI IV. postea *ARCHIEPISCOPUM* Gnesnensem & *PRIMATEM* Regni, Merita LIPSCIORUM Imperiali attoellens Oraculo, est locutus: *Cum Tu IONNES LIPSKI de Lipe fratresq; Tui, clarâ & pervetustâ FAMILIA, publicis privatisq; splendoribus conspicuâ oriundi sitis, unde cõplures VIRI PRÆSTANTES prodierunt, qui utilem ac fidelem tam Inclytæ REIPVBLICæ POLONÆ, quàm ORBI CHRISTIANO, tum imprimis quoq; Prædècessoribus Nostris Romanorum IMPERATORIBVS, ipsiq; Sacro Romano Imperio, & AVGVSTæ DOMVI Nostræ AVSTRIACÆ operam navarunt.*

navarunt. Quos inter ut plurimos alios taceamus, IAROSLAUS de Lipe Atavus Tuûs, Thesaurarius supremus Zemoviti Ducis Mazoviæ, &c; Tuq; deinceps IOANNES de Lipe apud Serenissimã CONSTANTIAM Reginam POLONIÆ Amitam nostram, complures Annos CANCELLARII munus ita gessisti, ut in Tua fide omnia Regiæ Domus negotia deposuerit. Quod clarius pulchriusq; Elogiũ: Ipsi MONARCHÆ, si obmutescant Panegyristarum lingvæ, hæreant, ut hærere coguntur admiratione defixi calami, LIPSCIANAM Virtutem & Merita panegyrizant, deprædicant, summisq; attollunt laudibus; quorum præconia, millenis sanè Oratorum majora Encomiis, titulis laudum omnibus pretiosiora. Nec solùm Laudes meruistis IMPERATORUM, Honorum etiam & Diginitatum meruistis prærogativas, Privilegia obtinuistis. Prodeat iterum memoratus CÆSAR FERDINANDUS, post laudata Oraculo suo LIPSCI-

LIPSCIORUM Decorá, Honorem COMITATUS Sacri Romani Jmperii PRICIPIBUS proximum, Inclytissimæ huic Domui perpetuis tribuens temporibus, ad præfatum JOANNEM EPISCOPUM protunc Culmensem, in Privilegio suo Cæsareo ita locutus: *Quamobrem Te IOANNES LIPSKI de Lipe, Fratresq; Tuos, nec non omnes eorundem filios, posteros, descendentes, & æterna serie nascituros, in perpetuum S. R. I. COMITES creamus, facimus, erigimus, & atollimus, ita, ut Tu, dictiq; Fratres Tui, eorumq; liberi & descendentes, se ex nunc & perpetuis temporibus S.R.I. COMITES scribere ac nominare, omnibusq; dignitatibûs, prærogativis, gratijs ac juribus ubiq; gaudere, uti ac frui debeant ac possint.* Quo verò FERDINANDUS hunc, totamq; LIPSCIORUM Familiam, eodem Te quoque alterum JOANNEM, imò illo Majorem, FERDINANDI Nepos CAROLUS

ROLVS præsens proſequitur & honorat affectu, CARDINALIS EMIMINENTISSIME. Succeſſiva in his MONARHIS non magis Majeſtas & Gloria IMPERATORIA, quàm Veſtri æſtimatio Nominis, appretiatio meritorũ: uraq; AVGVSTISSIMÆ AVSTRIACÆ hæreditaria DOMVI, utraq; ſumma in Orbe & immortalis. Vidit MAXIMVS Hic IMPERATOR in ſpecula DIGNITATIS Tuæ, ut in ſpeculo probitatis, LIPSCIANI Intemeratam Virtutem Nominis, Honorum & Æſtimationis in Orbe magnam & optimam hæredem, recentibus in Te ſummè auctam Digntatum, rectefactorum, meritorumq; in Chriſtiana Republica Decoribus; nec eam appretiare non potuit, multo minùs non honorare. Ergo INVICTISSIMVS licet, Tui in manubias lubens libens ceſſit amori Honoriq;, PVRPVRAM cultui TUO inclinavit ſuam, Romanæ Eccleſiæ impetravit. Ita pendulus è pectore Cæſareo, in LIPSCIOS ſemper propenſiſſimus, virtute & Gloria puriſſimus ac immacu-

immaculatus AGNVS, *PURPUREUM* Tibi acclinavit *VELLUS*, quodq; Tuis conveniens non habuit Meritis, à Throno MAIESTATIS SVPREMÆ exoravit. CESAREÆ Gratiæ, meritò REGIA quoq; SERENISS: noſtri REGNANTIS accenſenda, ut Te DIGNISSIME CARDINALIS, MONARCHARVM Amorem & Pretium, Votum totius EVROPÆ, & velinde totius eſſe, ORBIS GRATIAM, palàm conſtet, Ergo in partem Elogiorum Tuorum veniat, PONTIFICIIS Tuis *CORONAII* manibus, Tuorum Grati Conroatoris Meritorum, Regijs exorata votis

GRATIA
SERENISSIMI
AUGUSTI III.
REGIS Poloniarum
Feliciſſimi.

Semper in adorationem
Ad omnium Coronato Fortunam
cadendum,
AUGUSTO;

 aſt in

Ast in
EMINENTISSIMO
CARDINALE,
Etiam, assurgendum in Elogia.
Paradoxum Laudum
Hic PRINCEPS,
Inter bella PACIFICVS,
Inter adversa FORTVNATVS,
Inter nubila, Honore & Virtute SERENISSIMus.
Munivit Pacem Polonam suis *GLADIIS*,
Gladios Polonos Pacis donavit trophæis.
Non bene Secura Pax, quæ arma abjicit;
Nec arma pulchriùs, quam pace triumphant.
Thaumaturgus MONARCHA!
Emortuam REGNI redanimavit Securitatẽ,
Langventem vivificavit Fortunam.
Et Caput dedit CORONÆ,
Et Regno Animam,
optimè bonum Commune spirantem,
ubi toti REIPVBLICÆ
Ordinis, Pacis, HONORIS
Vitam qua nulla pulchrior,
Inspirat.
Ne lugete Posteri fatis ereptum
AUGUSTUM II.
redditus est in FILIO.
SCEPTRI & BONITATIS suæ
Optimo

Optimo Successore.
Plaudimus!
Vivit AVGVSTVS!
Regnat AVGVSTVS!
Nomine TERTIUS,
Omine SECUNDUS!
Revera SECUNDISSIMUS.
REX,
qualem optare potuimus,
qualem nobis invidere sæcula.
SAPIENS, PIVS, IVSTVS,
GRATIOSVS;
& ceu
Cum Tito in Generis humani delicias,
Cũ Macedone in stuporem terrorẽq; Gẽtium
nasceretur,
tam suis Amabilis,
quàm hostibus Formidabilis.
Si cætera deessent,
Solius majestate Animi Regnum mereretur.
Ob Divinas Regiasq; suas dotes,
Semper Dignus in THRONO adorari.
CORONATUS,
Coronavit REGNUM:
Honorum & Ministeriorũ æqua distributione,
quod magnum;

 Pacis

Pacis & tranquillitatis introductione,
quod majus;
SEIPSO ad omnium nato vota & Præmia;
quod maximum.
Post distributas benè Meritis Dignitates,
nè quis adhuc REGNO deesset HONOR,
Adjunxit
Romanam PURPURAM,
Ostenditq;
etiã in POLONIA posse videri ROMAM,
posse nasci
Romanæ Ecclesiæ SENATORES,
nè alibi duntaxat
Hos Sacræ TRABEÆ Soles
oriri contingat.
Dignus perennare PRINCEPS,
Qui REGNVM suum
In tanta DIGNITATE *honorat.*
In Ecclesiæ COLVMNA *erigit,*
In Toga CARDINALITIA *Pace donat.*

ITà REGIAS Laudes compendio memoravimus inter Tuas, CARDINALIS MAXIME; vel quòd Laudes Tuæ, Animus, & DIGNITAS, Regum communes sint Majestatibus, nec alibi referri scribiq; debeant, quàm inter MONARCHAS, per PRINCIPVM Augustalia; vel

vel quòd Panegyri Tuæ, nisi Sceptris fulciatur calamus, Magnitudine Meritorum Tuorum obrutus, succumbere toties cogeretur. Excurrimus ad Virtutes dotesq; summas AUGUSTI, ut Orbis videat: Quanto Principi Regium imposueris Diadema, Quantus Tibi quòque contulit ad PVRPVRAM. Coronavimus vel impari Elogio MONARCHAM, quem sua Virtus & Merita, quem PONTIFICIVS Tuus Character, quem POLONIA meliori coronavit Stephanomate. Et verò meruit Laudes, qui GLORIAM: meruit nostræ serta Eloquentiæ, qui Regni Universi, æquè in GENITORE suo Regum OPTIMO, ac in Se Regiorũ Iliade Principum Decorumq; meruit CORONAM. Dignus laudari in se, in Te dignior; in Tua ampliùs Augustus Dignitate. Cùm esset MAXIMVS, & Titulo Ingentior omni, in Te factus est Major! EMINENTIA Tua, etiam Illius altiùs provexit Nomen, HONOREMq; ut jam plusquam propio & communiter usitato Regibus vocabulo

 dici

dici debeat EMINENTER MONARCHA, qui Te ad Regni sui ampliorem Dignitatem assumpsit EMINETISSIMVM. Quis non mille coronet Encomiis Regales Illius *FLUVIOS*, quibus non jam *Scuta Virûm Galeasq; & fortia* Virgil: *Corpora*, non jam Regum Sceptra, Coronæ, & Solia Imperantium; sed ut olim Oceano Cæsaris, sic nunc POLONIÆ Fortuna Publica, & Honor, Tecum feliciore VELLERIS PVRPVRATI Jasone, ad beatum provehitur Promontorium. Celebrandi per triumphales Portas, per immortalis Gloriæ attollendi Trophæa, *Victoriosissimi* AUGUSTI felicissimè Regnantis *Enses*, qui Virtuti Tuæ & Honori ad Triumphum Gloriæ militarunt. Sed offert se Elogijs nostris integra, Laudum Tuarum Meritorumq; plena RESPVBLICA; venit in paginam cum REGE REGNVM. Universalis Orbis celebraris GRATIA, Specialis POLONIÆ: non quòd HONOREM tam Augustum ab ea acceperis, sed quòd merueris, & illi in TE dederis.

Ergo

Ergo post Coronatrices Orbis Orthodoxi Gratias, impleat Tui partem Elogij, è Tuo nata Honore

GRATIA
& FORTVNA
REGNI POLONIÆ,
Totiusq; FLORENTISSIMÆ
REIPUBLICÆ.
Post Elogia
REGVM, CÆSARVM, ECCLES:
Venit in Tui Panegyrim Nominis
POLONIA,
CARDINALIS
EMINENTISSIME.
Meruerat vel prima poni in hoc Syllabo,
Quæ Te
Regum, Cæsarū, Orbis totius,
Amoribus, Laudibus, Honoribus
Dignum edidit,
In qua Tu Ipse
Per omnes Dignitatum Gradus
Honorem tantum meruisti.
Eam laudare,
Non hujus pagellæ, nec nostri calami est.

 Histo-

Historiā sæculorū, omnib⁹ majorē Annalibus
debecet scribere Orator,
Qui
Regni & Reipublicæ Polonæ Laudes
Vel Synopticè vellet narrare.
Cōpēdium Laudū illius, & magn⁹ Syllab⁹,
ab Orbe publico adoraris
CARDINALIS
GLORIOSISSIME.
Elogium, Honor, Fortuna
in gradu eminenti
POLONIÆ existis:
Et ut simul totum claudamus,
Magna & specialis *GRATIA*.
Annuis, dicamus quid sit POLONIA?
Est Liberarum, ad Regnum natarum,
decoribus peraugustarum.
Corona Mentium,
Cujus Tu FRONS & GEMMA Princeps.
Est Triumphantium de Orbe Vitorum Patria, & felicior
quædam MACEDONIA,
Cujus Tu verus ALEXANDER,
& melior Orbis TRIUMPHUS.
Est Europæ Pectus, Christianitatis Clypeus,
Cujus Tu Cor, Animus, & certa
ad prosternenda Fata,
Fortitudo.
Regnum hoc inter Imperia & Regna,
Intimina-

Intaminata Religione, Nobilissimis Amplissimisque Familijs,
Raro Libertatis Aureæ Privilegio
Florentissimum.
Nunc TE
PURPURÆ TUÆ, &
PURPURATORUM *Flore* PATRUM
ornatur pulchriùs,
quàm Pæstanis Hymettus delicijs,
aut amæna Cæli regio, rubentis ortu Phosphori.
Coronatam se planè credit
Terra hæc REGUM Nutritia & Mater,
dum Te PAREM REGIBUS si non Majorem,
ad tantæ raritatem Gloriæ educavit.
Enim verò
quid feliciùs augustiùsve tantæ PATRIÆ?
quàm
Extra Romam, & Orbis theatrum,
Videre in gremio suo
Romana Decora, Gemmas Orbis,
Ecclesiæ PRINCIPES, Suprema Pretia
DIGNITATUM.
Vide Fortunam Tuam
SARMATIA!
Quidquid ad Lechici Honoris augem
augustum,
Ad Antecessorum, Posterorumq; Gloriam
magnificum,
Ad Omnium Coronam votorum
 pretiosum

pretiosum & Ingens
desiderari poterat;
In
EMINENTISSIMO
CARDINALE,
Fascium suorum Coronamento,
Et Tantæ auxesi DIGNITATIS,
eminenter totum,
à Superis tibi collatum.
Reflorescet sub his Ecclesiæ Fascibus
benedictione
Tellus Patria;
Ex Purpureo Erythro tanquam è MARI Magno
gemmeæ horæ, & pretiosa RENGO
fluent momenta;
Penes *SACRAM Ecclesiæ ANCHORAM*
navigabit securè,
latrantesq; despiciet Scyllas
Fluctuantis Navis Reipublicæ:
In JOANNE *Gratias*,
In ALEXANDRO *Triumphos*,
In CARDINALE *Robur*,
Melioris Sæculi
Universa Polona Gens habebit.

TAntus es, FORTUNATISSIME & EMINENTISSIME PRINCEPS, ut ad

ut ad universa nobis vota sufficias coronanda; Tantus, ut narrari scribiq; non possis, quin Tecum influant in calamum felicissima quæq; omina, fluant inter verba aurei ditandæ Expectationis publicæ torrentes, Orbis Gratiæ in Eminentissimum Tuum & Dignissimum effusæ Nomen, simul se cum Elogiis effundat in paginam, exundent in Panegyrim. His immersa, & à primo statim margine Mare immensum nacta Oratio nostra, hactenus tam pretiosis circa Te tantùdem detinebatur procellis, ut veniam meritò petere debeat, quòd lento adeò in Tuis Laudibus progrediatur passu, ut nondum Te vel accessisse videatur. Quanquam à Te nunquam digressi sumus, dum Elogijs Gratias Orthodoxi percurrebamus Orbis: ubiq; NOMINIS Tui immensam coluimus Magnitudinem, adorabamus Merita, Virtutem Thaumaturgam, rectè factorum prodigia, cum demisso admirabamur cultu, consignavimus æternaturæ Fastis memoriæ Æstimationem, Laudes, Pretia, quibus Te, Eminentissimumq; Tuum LIPSCIANUM Nomen.

men Supremi celebrant MONARCHÆ, Orbis coronant CAPITA, PROCERES Universæ circumferunt Christianæ REIPVBLICÆ. *GRATIOSISSIMO* JOANNIS devoti NOMINI, coluimus ſingulas diſtinctim *GRATIAS*, quæ HONORIS Tui Ampliſſimam circumſtant Majeſtatem, quibus in Coronam Tuorum laboratum eſt ab Orbe meritorum. Specialem ultimò POLONIÆ annotavimus GRATIAM, id eſt Terminum felicem cæterarum, noſtrorumq; Metam coronariam votorum; ad quam *PRÆCURSOR* JOANNES, publicæ feliciſſimus *Anteambulo* Fortunæ, in Campo Meritorum & Arena Virtutis, Glorioſior adoraris Stadiodromus.

At unde Tibi PRINCEPS, Tantæ Corona Gloriæ? unde Amores, Honor, *GRATIÆ* CHRISTIANI ORBIS? non á favore aut nudo reſpectu Sæculi, neque ab extrinſeca tantùm & gratuita Supremæ denominatione Poteſtatis: ſed Tua Ipſius ſupereminens Dignitas, Tuæ Conſummatio Nobiliſſima Virtutis, Probitatis & Merito-

Meritorum cælo & Orbi clarus Splēdor, tantæ in Te & POLONIAM Fortunæ, motivum feliciſſimum. Tu Hybla illa divinior, nectare cæleſtium refertiſſima chariſmatum, cui Coronatæ Regnorum Apes, ad mellificium publicæ condendum felicitatis, volupē adhæſerunt. Sidus eras Primæ Magnitudinis, fulgentiſſimis Sangvinis, Meritorum, Virtutum in Cælo Sarmatico præprimis coruſcum Splendoribus; & ideò non per dioptram Archimedis videri, ſed palàm Orbis Oculos Orthodoxi in Te vertere meruiſti. SOL inter Sidera eras, & ideò has REIPVBLICÆ Chriſtianæ AQVILAS ad Te traxiſti. In ſumma, *Gratiarum* compendium à virtute & natura es *IOANNES*; nec mirum, quòd Orbis quoque *GRATIÆ* ad Tuorum Coronamentum concurrerint Meritorum. Non aſſentationis titulo, ſed Orbis judicio, ſed Digniſſimæ Tuæ, in una PVRPVRA multiplicibus excellentiſſimarum qualitatum ornatæ Decoribus, evidenti documento PERSONÆ, pro

O2 genui-

genuina Tibi PRINCEPS MAGNE. scribimus Panegyri, quod sis

GRATIA
GRATIARVM ORBIS,
FORTUNATISSIMUS
CARDINALIS.

FLumina corrivasti ad Mare, Regnorum Pretia ad Ingentem collegisti Gazam, dum Orbis Gratias ad NOMINIS Tui augustum Decus, in PVRPVRÆ auctuario accepisti, CARDINALIS EMINENTISSIME. Non attollit Orbis Publicus, nisi Excelsas Magnitudines, non auget luce, nisi illustria splendidaq; Decora; nisi pretio & amore sint digna, non appretiat, nec amat. Æstimantur ab omnibus Gemmæ, quia inter cæteras res præstantes singulariùs nitidæ, & ad tantum à natura provectæ pretium. Attollitur supra gemmas & aurum Adamas, quia raro lucis jubare, insignisq; forma decoris, ultra gemmas eminet, assurgit supra primorum pretia metallorum.

Salicta & humiles despiciuntur Myricæ, quia nativa viles qualitate. Cedrus Excelsa, aut Capitolina sit Quercus, cui Honorum insculpantur Decora, Cæsarum aut Deorum Insignia appendantur. Sacra Honoris & Gloriæ indignum Apothèósi, nisi Sacrum Sanctumq;, & eminentioris supra cæteros Virtutis prodigiis commendatum. Et hanc in Te miramur, colimus demissè, quia scribendæ meritaq; Panegyri attollendæ non sufficimus, Naturæ & Virtutis Felicitatem, CARDINALIS DIGNISSIME. Coronaris ab Orbe Publico, par tanto Decori CAPVT, suis prius inter PRÆSVLEAS, DVCALESq; MITRAS Meritis, ultra pretia coronatum. Cælo Eminentissimæ sublimaris Dignitatis, quia Sidus omnigeno priùs magnum splendore. *GRATIAS* lucraris MONARCHARVM, quia Orbis amore dignus, tam inclytissimæ ornamento Domûs, quam Tuarummet speciosissimis charismatibus virtutũ, *GRATIOSVS* JOANNES. Nihil Tibi ad

ſummarum Excellentiam qualitatum, ad pretium auguſti & Magnitudinem Nominis, ad Gloriæ Eminentiam negatum à Superis, deſideratum à natura, nihil non conceſſum à Fortuna. Ut in Phæbo jubar, in Cryſtallo radii, in Flore gratiæ; ſic in Te ſumma quæq; concentrata ad admiratione Decora, quæ diviſa beatos efficerent alios, collecta adorantur: ut noſtri Phœnix ſæculi, omnium ætatum Prodigium, ſcribi meritò diciq; debeas. Permitte per ſingula diſtinctim compendioſâ progrediamur dictione, fuſiori enim & pleno charactere ſi omnia ſcribi deberent, exhaurirent ſepias & ingenia. Ut à prima ordiamur planta, & baſilico tam auguſtæ Structuræ fundamento, prodeat primò inter Primas Illuſtris Familias, Regiis in Te Par SERENITATIBUS

SPLENDOR DOMUS LIPSCIANÆ,

Compendio relatus.

CÆlum deducere neceſſe in paginam,

nam, aut tantum delineare Olympum, quantum Cælum eſt; ut *LIPSCIANÆ ſplendor Lucinæ*, congrua panegyri declaretur. Nihil hic, niſi magna Sidera, Excelſæ Terrarum Luces, REIPUBLICÆ Phænomena, Soles Senatûs, Eccleſiæ Luminaria. A ſæculis *Lux Alta DOMUM, præcelſaq; toto intravit Fortuna gradu!* ut non aliter Orbi appareant, quàm in perfecto Phæbus meridie. Ampliſſimum Gentilitii *RASTRI* Campum, non humiles colles, aut tenuia arva, ſed magni implent Mõtes, honorariis ſemper pullulantes Faſcibus, Florentiſſimi Heroum addenſant Manipuli, Seges Virorũ Laureata, Homines frugi optimæ, multiplicibus tam Patriæ & Eccleſiæ, quàm Domui ſuæ, Honorum Ingentes Fructibus, ad immenſa Gloriæ protendunt ſpatia. Pretioſa Stirpis Veſtræ Arbor, *Heſperidum riſit, quos dictat fabula, ramos*; Aureos verius Orbi progignit Viros, pro fructu ſumma Merita ampliſſimis ſemper coro-

Statius.

Claud.

nata Honoribus, Senatui Patritios, Eccleſiæ Præſules, Tribunalibus Areopagitas, Caſtris Heroës, Territoriis Provinciiſque Digniſſimos profert Officiales. Parca & ſterilis alibi Decorum Natura, & Fortuna, non decennio, ſed vix ſæculis Ebur producit pretioſum. Vos in Senatûs Aula, non quaſi in Arabia Phænix unus, ſed Agmen eſtis Purpureum! in Templo Honoris Concilium Patrum, Præſulum Conſeſſus, Numinum Pantheon veriorum. Adoravit toties Polonus Orbis LIPSCIOS in Curulibus CASTELLANOS, ac PALATINOS Magnos, adoravit in Faldiſtoriis primarumq; Eccleſiarum Cathedris PONTIFICES ſuis Infulis Majores; ſtupuit in Comitiis & Tribunalibus Ariſtidas, in Legationibus Cyneas, in Caſtris Hectores, in quovis Campo Gloriæ Viros ſemper Ingentes, Regum, Cæſarum, Eccleſiæ Romanæ, Oraculis Laudatiſſimos. Immenſum eſſet, & Oratorio majus labore, proferre ad paginam ſingulos; Annorum revolvenda forent Luſtra, ſæ-

culorum recenſendæ Centuriæ, Ætatum dinumerandæ Myriades, ſi numeris abſoluti & majores, Domus LIPSCIANÆ Majores, ad Tuam CARDINALIS EMINENTISSIME Panegyrim ſpecificari omnes deberent: *Longa vetuſtas dinumerat Faſtos, nec parva Exempla recenſet.* (Statius.) Sufficiat innuiſſe aliquos, & ex his aliorum magnitudinem, totius hujus Ornatiſſimæ, & inter Principes Familias facilè Primæ, gloriam & ſplendorem PROSAPIÆ collegiſſe.

Elogiorum Apex, Laudum & Nominum Synopſis, *CELSISSIMVS* ANDREAS *à Lipe* LIPSKI, *EPISCOPVS CRACOVIENSIS, DVX SEVERIÆ*, Tuus & PROAVVS Glorioſiſſimus, & Cathedræ ANTECESSOR Magnus, Si ei non obtigiſſes SVCCESSOR Maximus, crederemus poſſe illi á ſæculis adinveniri parem, majorem nunquam. Dignitatis illius in omnibus emeritæ Faſcibus magnitudinem, ex Tua colligimus, qua Tibi, omnibus Tuis Gradibus ad Tantum præivit

verus *Antecessor* Fastigium, præcessisſetq; etiam pluribus, nisi ad hæc *Præcursor* JOANNES nostro reservareris sæculo. Quantum tamen à Superis, majora Tibi parantibus, Illi permissum, etiam sæculo suo Te omnium Admirationem Ætatum, Exemplar PRÆSULUM & Prototypon absolutissimum, in omnibus suis repræsentavit Honorib9. PROCANCELLARIUS primũ Regni, mox CANCELLARIUS Sprem9, Majestati astitit ut Stator Regni, Legum & Libertatis Atlas. Ità Signatorias tractavit Ceras, ut semper in eis refulgeret æquitas, honor Reipublicæ, Sanctitas Religionis radiaret. Aquilas Regni ad publicum ita proferebat Solem, ut nunquam limites recti transcenderent, omnium verò involarent affectus. Dignus, qui & Regibus esset à Latere, & Omnibus à corde: tam Annuli Signatorii Gemma, quàm Corona Animorum. EPISCOPUS demùm quatuor Primarum *INFULARUM*, *Luceoriensis*, *Brestensis*, *Vladislaviensis*, *Cracoviensis*, nec non DUX *SEVERIÆ*; tot Mitras illustriores fecit

suis

suis Virtutibus, quàm nativo jubare; pretiosiores uno suo Nomine, quàm si millibus niteant gemmis. PRINCEPS & meritis & Honoribus Maximus, etiam Cathedralem suam Urbem, etsi aliàs magnam & in toto Regno amplissimam, majorem fecit, Regumq; Coronatrici ferè adjecit Coronam, dum eam Fundationibus, Beneficiis, signanter autem UNIVERSITATEM, Literarum clarum in Orbe Emporium, & hujus Urbis præcipuum Decus, Ecclesia Collegiata Choczensi extructa & dotata auxit.

Tanto PRINCIPI succedit in Laudes, non minor Nomine ac meritis, etsi Sæculari inferior Dignitate, genuinus Magni DUCIS Frater, & Achilles Lechiæ, *ILLUSTRISSIMUS* ADAMUS LIPSKI, *PURPURARUM* Pretium, PURPURATORUM Amor, *Tarnogrodensis CAPITANEUS*, *Belzensis VEXILIFER*, alter Tuus PROAVUS, CARDINALIS EMINENTISSIME. Ut ille Ecclesiæ, sic iste ad Aram Gradivi, Princeps Mystes

& victi-

&Victima salutis publicæ, Heroum Laureatus Antistes, & verus Protopater ADAMVS Vir, *æqualis cui Pyrrhus erat cùm Pergama solus verteret, & patri non degeneraret Achilli.* Trabeam ei Claud. Senatoriam sæpe obtulit, Regum ac Senatorum, quibus erat intimus, æstimatio & amor; sed loricam heros animus exuere noluit, inter bellicas pro Patria continuus Expeditiones: maluitq; manum ad gladios, quàm ad secures Senatorias, ad sagum humeros, quàm ad Muricem porrigere: pretiosius sibi judicans ferrum, quo salutem redimeret Patriæ, quã aurum, quo coronaretur.

Geminis his Virorum PRINCIPIBVS proximus in Elogia, Tertius ab Jove Ajax, *ILLVSTRISSIMVS* SVENTOSLAUS LIPSKI, *Tribunalium* JUDEX *Belzensis CAPITANEVS*, Tertius PROAVVS Tuus, PRINCEPS EMINENTISSIME. Sudores illius in Sago & Toga, unde immortale Nominis tulit pretium, gemmis omnibus Patria habuit cariores. Fortis fuit in Castris

Bellonæ,

Bellonæ, fortior in Themidis. Illis arma, Consiliaq;, his animum sacravit infractum & indefessum. Laudes Illius, quas per Curias Tribunalitias, Commissoriales, Castrenses, non jam Palatinatûs sui, sed Regni totius per Areopagos intaminato & immmortali signavit charactere, nullus satis exaraverit Orator: *Talem sensere Solonem res Pandioniæ, sic* Claud. *armipotens Lacedæmon despexit muros, rigido munita Lycurgo.* Plurà Ille pro Patria, pro Cælo egit, scripsit ac sensit pro Justitia, quàm pro Panegyri ejus ab ullis possit scribi Tulliis.

Quid verò dicemus de BRONISLAO, ante *Quadringentos Annos, GNESNENSIS ARCHI-INFVLÆ*, & omnium AVORVM Tuorum *GEMMA PRINCIPE*, CARDINALIS MAXIME. Sæculis Tibi in Tãtæ Gloriæ præivit Appia, prolusit gloriosissimè in Sacrarum Campo Amplissimo Dignitatum. ADMINISTRATOR, id est alter ARCHI-PRÆSVL, & PRIMAS Archidiæcesis totius, Laureas immortalis famæ,

 Gentili-

Gentilitio plures collegit *RASTRO*, quam per Honorum Capitolia spectari possint. Fulsit toti Metropoli, imò Regno Ceris, fulsit Virtutibus, præluxit Exemplo: Cleri Amplissimi & inter omnes primi veriùs Canon & Regula, quàm Director, PRÆLATORVM & PRINCEPS, & Exemplum supra Exempla.

Licet autem Tantum CAPUT, frontem Metropolitanæ INFVLÆ, quā manu gessit, non inclinavit, præmisit tamen paria illi merita, in Successore JOANNE *de Lipe* LIPSKI, *ARCHIEPISCOPO GNESNENSI, PRIMATE REGNI* coronata. Stemmate quidē Hic diversus est à Te, CARDINALIS EMINENTISSIME, sed non Domûs nec NOMINIS Gloriâ LIPSCIANI. Tuus est, & ferè alterum Te, (nisi major Jllo esses,) suo præmisit sæculo, quia JOANNEM, quia LIPSCIUM, quia CANCELLARIVM Regni Clarissimum, PRÆSVLEM plurium INFVLARVM, imò ARCHI-ANTISTITEM! ut & Tu hodie, CARDINALITIA. Virtutisq;

tutisq; EMINENTIA, prorsùs ARCHI-PRÆSVL, nisi quòd tāto quoq; Altior sis Fastigio, adoraris. Si PRIMAS hic Gloriosissimus, immortalē famâ Verticem è suo nunc levaret Mausolæo, quantum suæ applauderet Gloriæ! videret se in Te Majorem, stuperet EMINENTISSIMVM. Senatum illum Grandem *Soleatæ* suæ *LADZICIORVM*, & Vestræ LIPSCIORUM, convocaret Gentis, *ARCHIEPISCOPOS Leopolienses* in CONSTANTINO; *PALATINOS Ravenses*, in ALBRACHTO & GASPARO; *CASTELLANOS Siradienses, Ravensesq;* in ALEXANDRO, FRANCISCO, SAMVELE; *CAPITANEOS, IVDICES Terrarum, Tribunalium MARESCHALCOS*, PRINCIPUM Exoticorum *LEGATOS*, in MATHIA, IACOBO, IOANNE, ANDREA, FRANCISCIS duobus; *ABBATES, SCHOLASTICOS, ARCHI-CANECLLARIOS Gnesnenses, PRÆSIDENTES*

Tribunalis Regni & Iudices ultra triginta vicibus, in FRANCISCO & PHILIPPO; plurimosq; alios Officiales, Dignitarios, Regni & Ecclesiæ Atlantes, Gemmas, Decora: in innumeris aliis adduceret LIPSCIJS. Cum omnibus his, nisi jam altiore æternitatis Tantus Vice-REX consideret Throno, REGIBUS Parem Tuam in LIPSCIANA DOMO cum triumpho salutaret Majestatem, immortalem Nomini suo accessisse in Te Gloriæ Coronam gratularetur.

Non imus per universam, cum impertransibilis, prorsusq; immensa sit, LIPSCIANORUM Seriem NOMINVM; ut ad Te citiùs nostra perveniat Oratio, relictis suo Immortalitatis Syllabo & Coronæ, AVIS, PROAVIS, ABAVISq; Tuis, ad Magnum Patriæ Patrem, Polonum Honorium, VENCESLAUM LIPSKI, *Divum Tuum GENITOREM* venimus, CARDINALIS EMINENTISSIME. Non exponim⁹ clarā seipsa Orbi & sæculis, Excelētissimi hujꝰ Virorum Principis, Ducibus Magnis parē, in Castris

Castris Fortitudinē, quoties enim serienda esset hostilis protervia, *non rectius ensem, Bellonæ strinxere manus*; planè cum Marcello *Gladius* credi poterat *REIPVBLICÆ*, dum pro Patrio erat pugnādum Latio. Hoc unum in Eo Laudes superat, Hyperbolicis etiam altius superlationibus, quia Is à Superis electus est, qui Te Poloniæ Solem, Ecclesiæ Luminare Magnum, Numen Sacri Senatûs & Prodigium, Orbi edidit. Si quid natura unquam meditari magnum, aut prodigiosum ad gloriam & admirationem visa est protulisse, in hoc VIRO ipsam etiam excessit admirationem, dum Te Orbis *GRATIAM*, specialem & proprium beatifici partum NVMINIS, generavit JOANNEM. Sed nulli mirum id esse debere affirmamus: LIPSCIIS enim aut nasci, aut parere Ætatum Miracula, nec jam semideos, sed prorsus Divinos prodire in Orbem Homines, Numina veriora Terrarum generari, connaturale est & propriissimum. Itaque Nobilium Patriæ Patritiorum Parens

Barleus.

S VENCE-

VENCESLAVS, Gemmárum Fons, Scipionum Pater Scipio, Virorum Ingentium Jlias; Nomen, quod ex Sangvinis LIPSCIANI pretio, suarumq; auro optimo Virtutum, publica dives æstimatione habuit, sibi paravit thesauro ingentius omni, dum Te CARDINALIS MAXIME, ad POLONICI Decus & Pretium Nominis, ad Domus suæ immortalem & maximam Gloriam, ad nostra solatia & fortunam, Sacrorum PRINCIPEM, ANTESIGNANVM PONTIFICVM, Senatus Lechici & Majestatis AUGUSTUM, Ecclesiæ Jubar, verum JOANNEM quo in Polonia non surrexit Major, ALEXANDRVM, cujus Gloriæ spatium vix par dabit Orbis, educavit.

Rapiunt adhuc calamum ad sua Elogia, Tuæ non postrema Pars Panegyris, *Nobilium Pars Maxima FRATRUM, ILLUSTRISSIMI Toga & Sangvine Tuo QUIRITES,* STANISLAVS *PRÆPOSITUS Sendomiriensis,* JOSEPHVS *CASTELLANUS Belzensis,* PROCOPIVS *CAPITANEUS Stremensis, VEXILIFER*

XILLIFER Posnaniensis; THOMAS *Buzensis VEXILLIFER,* ANTONIVS *THESAURARIUS Belzensis,* PETRVS *DAPIFER Calissiensis,* Magni & Æstimatissimi in publico Orbe LIPSCII.

Parcite, *Armorum Proceres Legumq; Potentes Patritij,* quod uno Vos simul scribamus Elogio, multum enim Vobis insudare deberet contra naturale ingenium penna, magnos producere in Orbem Tomos, nec unam laudum implere Panegyrim, si distinctim narrari scribiq; deberetis. Augetis simul Orbis Poloni Jubar, ornatis Characteribus Patriam, DOMVS alias CELSISSIMÆ, nunc etiam AVGVSTÆ ac EMINENTISSIMÆ Nomen magnum, non minori portatis dexteritate, Cælo & Orbi insertis coronandum. Simul & Panegyrim EMINENTISSIMI implete CARDINALIS, ceu Gemmæ Reipublicæ ac Ecclesiæ, hanc Laudationis simul adornate Coronam. Præterire & Vos non possumus, Magnæ Lechici Orbis Spes, ast non in herba, etsi in flore ætatis, Jllustrissimæ

Vestra in Aurora, Domûs LIPSCIANÆ Luces, MICHAEL PRÆPOSITE *Choczensis*, & JOSEPHE *Pasnaniensis Ensiferida*: Cælum Vobis magnorum Siderum & splendorum, supremo illustre meridie, PVRPVRATVS & prorsus SERENISSIMVS accendit TITAN; Diem salutate Vestræ Gloriæ! procedite ad meridionalium jubar splendorum, serò aut nunquam ad occasum.

Nō adducim9 plura splēdidissimæ DOMVS Tuæ Nomina, CARDINALIS EMINENTISSIME: *Quis sublime Genus, formamq; Insignis Hetruscæ nesciat?* Statius. clariora sunt seipsis Orbi publico hæc Sidera, quàm ut luce Oratoria, quam potiùs suo splendore extingvunt, illustrari ac demonstrari valeant; & aliunde plura in tanto radiant Olympo, quàm possint à nobis computari. Imò & hæc ipsa, non ulla necessitate ad Tuam indigitandam claritudinem, sed Tua, PRINCEPS, permissione, quantum nostræ quoque capere poterant angustiæ, strictim & Synopticè nonnisi annotavimus.

Sufficis eminenter ad omne & Tibi & Domui Tuæ jubar; *Inq; uno Latium clarè & tota refulsit Roma Viro!* Claud. ut si non natus fuisses è *DOMO ILLVSTRISSIMA*, fecisses; imò jam illustriorem fecisti, & parem *SERENISSIMIS*. Plus affirmare audemus, non LIPSCIANAM tantum DOMUM, sed POLONIAM integram Illustriorem reddidisti.

Quanta splendoris majestas in affines quoq; proxima Sangvinis necessitudine ex Te PRINCEPS MAXIME, diffunditur Stirpes! quàm sublimem, inter omnes principe titulo, *ILLVSTRISSIMA* MIASKOVIANA DOMVS sibi gratulatur accessisse Claritudinem! quas jam non superasse se in uno Gentilitij cornu *Monocerotis*, fortunæ plaudit cornucopias: quod non tetigisse Honoris punctum: dum talem protulit Heroidem, quæ Te PRINCIPEM Regibus Parem; si non Majorem, digna fuit parere, Materno gestare sinu, Orbi educare. Quanta, quanta Illa

ta Illa fuerit, cui se tantum infudit Numen! BARBARAM ne dicite, AUGUSTA est, quæ Tantum edidit AUGUSTUM! BONA est, quæ parturivit OPTIMVM! vera OLYMPIA, quæ Tantum, si non ad terrorem, ad honorem certè & triumphum Orbis genuit ALEXANDRVM. Poterat Thronis dedisse Principes, ad Coronas formasse Capita; quanquam si & hujusmodi è suo Sangvine elicuisset PVRPVRATOS, non plus gloriæ accepisset. Tacemus illius laudes omnes, tacemus decora, gemmeas periodis non adornamus dotes; Elogium ejus maximum, & plusquam sufficiens es, CARDINALIS EMINENTISSIME:

Nicorat. *Ad Laudes Matris, PRINCEPS, hoc sufficit unum,*
Quod Solem mundo Narraclebta dedit.

Tantæ Cynthiæ, Fratri Phæbo, *ILLVSTRISSIMO* JOSEPHO MIASKOWSKI, *CANCELLARIO Cracoviensi*, Prælatorum Gemmæ, si quid ad pretium majus, ad Nominis, quo in Ecclesia, meritis & æstimatione ultra mensuram *crevit IOSEPHVS*, sublimius gratulari potuimus *augmentum* gratulamur Tuæ Fastigium EMINENTIÆ. Honores ei expectat Patria, in Te habet omnes; habeat jā fausto successu & in se eorum augem consummatam. MIASKOWSCIIS integra ferè nexu Consangvineo, ad Tuam, PRINCEPS, Magnitudinem se adjungit POLONIA. Rempublicam ingentem implent, quâ ad gloriæ suæ coronam, Tuæ *PVRPVRÆ* Majestatem stipant, LINOWSCII, OBORSCII, KWIELECCII, KOSCIELSCII, DOBINSCII, STADNICCII, DOMANIECCII, KOZMINSCII, DZIERZANOWSCII, GRABSCII, GOSTKOWSCII, VCHANSCII, OSSOLINSCII, ZAŁVSCII, FIRLEI, LIPNICCII, KOWALSCII, CHŁAPOWSCII, WIELOWIEYSCII, TARNAWSCII, ZAKZEWSCII, MIERZEWSCII, ŁETKOWSCII, MIELECCII, & innumeri alij, qui ut LIPSCIANO sunt Colligati Nomini, ita à Tuæ derivatione gloriæ non separati.

A præclarissimo DOMVS splendore, ad Tuarummet, CARDINALIS EMINENTIS-

NENTISSIME, jubar progredimur qualitatum, & Meritorum. Soles Aborigines non umbra sequeris, non punctum Augustam Lineam, sed Corona, sed Caput splendorum. Elogij hujus prima facies esto; ut in confesso est,

Dotum & Qualitatum
Magnarum Summarium
PRINCEPS
EMINENTISSIMVS.

MAgnum est, nasci è Magnis; majus, Majorum lucem proprijs intendisse qualitatibus. Hoc demum est, non jam aurum auro addere, & jubar luci, sed verum thesauro pretium, lumini claritatem. Pumila est Majorum magnitudo, si virtute nepotis non grandescat. Summã LIPSCIANI claritudinem Nominis non satis illustrem Tibi censuisti, CARDINALIS MAGNE, nisi eam splendidissimis dotum maximarum speciminibus ab ipso in Te natura auxisset ortu. Effulsi-

fulsi-

fulsisti in ipsa statim Aurora perfecto charitum meridie JOANNES, in lucem olim datus Ecclesiæ, communem non tã aspexisti solẽ, quã in Te potius indolis præstantissimæ fulgore intulisti Orbi. Nondum capax eras formari, jam natura totum Tibi suum impendit magisterium, huc vires omnes collegit, & ingenium, ut Te in primo statim flore perfectissimis illis imbuisset qualitatibus, quarum nunc in maturo sæculi autumno aureos in Te fructus colimus & colligimus. Grandis aliquis ab infantia domicilium in Te sibi metabatur animus, qui Divinis destinabaris muneribus; ex hominibus licèt assumendus PONTIFEX, ultra humanas tamen, cùm necdum ad hominum crevisses staturam, prætulisti dotes. Prodigium jam Tuæ credi poteras ætatis! *non largius usquam* Barlæus.
indusit natura sibi. Vultus, honoris facies, gratiarum amæna regio; gemini oculorum soles, semper sereni & tem-

 pera-

perati; oris mira ſuavitas & gratia; corporis tota compoſitio, omnibus ad perfectiſſimæ ideam ſimmetriæ formata lineamentis; ingenij demùm immenſitas quædam, ac prope divina vis, res omnes abſtruſas licet & reconditas, uno ferè intuitu penetrans & comprehendens! ut non tam ſtuduiſſe, quàm ad admirationem integra Literarum provocaſſe videreris theatra. Quæ alijs, nõniſi laboribus vendunt Superi, Tibi ultrò donaſſe, & cum animo infudiſſe credebantur. Morum gravitate, eruditionis omnigenæ in brevi intervallo conſũmatione, jam tunc, *Longæva Platonis tempo-*

Damasc: Schol: Piarũ: *ra, Socraticam tuſsim, canosq́ Sophorum ſenſus, viciſti primo ſub flore juventæ.* Romanam, ac Pariſienſem acceſſiſti Palladem, & è Capite Orbis, ac Europæ Theatro, in Mentis Tuæ Regiam, totam illius tranſtuliſti Majeſtatem. Nihil in Theologica facultate erat Divinum, quod in Te nõ adoran-

dum

dũ; nulla in Juris Civilis ac Canonici vaſtitate viget Laurea, quæ in Eminẽtiſſimo Tuo non effloruerit Vertice, cui Tu potius coronã ab ingenij auro optimo non addideris. Jam, *plus à Te, calamoq́ Tuo, quàm ſcripſerat olim, Juſtinianus habet;* Corpus Juris feliciorem Animam, Codex Volumen amplum, Gratianus majorem Gratiam, Sacri Canones vivam obtinue- Idem

runt in Te Regulam, toti Eccleſiaſticæ Hierarchiæ regendæ parem. *Vix meliora ſexox Trabeatæ Romulus Urbi, Dardaniusq́ Senex poßet voviße trophæa.* Divinas adeò in Te dotes, Animiq; à natura & Eruditione optimè formati admirandas qualitates, quo jam virtutum non auxiſti Pantheo, ubi Te Sacri Honoris intuliſti Templo? Profanæ alibi apparent Muſæ, plus faſtus in vertice, quàm reverentiæ portendunt. Tibi *EMINENTISSIME PRINCEPS*, animi ſummum & céu Numinis habitatoris Auguſtale, miris do-

 tum

tum nativarum & Eruditionis proveƈtum decoribus, cultum majeſtate, virtutis omnigenæ abijt in Palæſtram, in Exercitium ſanƈtitatis. Supra calami & ingenij noſtri eſt capacitatem, exprimere pro Panegyri, quæ Te circumſtat, Orbis commendat honori, Cælorum infert ſideribus,

Virtutum Summarum Amplitudo.

UT auguſtam INAUGURATIONIS Tuæ, CARDINALIS MAGNE, adornaremus Pompam, non opus eſſet, eas repræſentare, quæ Te undiq; coronant, Orbis MONARCHARUM Gratias, Laudes, Affeƈtus; non Europæ vota, æſtimationem, Honores; nec deniq; ipſius Eminentiſſimæ Tuæ DOMUS Illuſtres accendere Ceras, arcus ex domeſticorum Heroum exſtruere Laureis, Atavorum addenſare Imaginibus. Ipſa animi Tui Regia, auguſto dotum natu-

naturalium ſublimis honore, veriusq; Pantheon, Numinibuſq; virtutum cõſecratum; omnem ejuſmodi Gloriæ, noſtræq; Panegyris, eminenter ſuppleret Apparatum. Non Pompejos Æmilianoſq; ſuos, æquali Roma extulit Triumpho, ut Te Tuarum Majeſtas evehit Virtutum. More Solis, hunc Zodiacum in propria perquàm clarus aſcendis claritate; non participata aliunde luce, ſed Tibi innato Orbem Noſtrum exſerenas candore. Ambiunt Te Regum ac Principum Orbis Majeſtates, ambiunt Maximi DOMUS LIPSCIANÆ Majores, non tam tamen hominum manibûs, quàm amoribus Superùm, Templo *CARDINALITIÆ* importaris *DIGNITATIS*. Narrare ſingula probitatis Tuæ ſpecimina, quæ Lechicus in Te adorat Orbis, miratur univeſus; Oratoriæ Herculeo major eſt labor facultatis. Nulla Tibi in Tanta *EMINENTIA* deſideratur perfeƈtio, nulla admirando

 non

non eminet fastigio. *Quæcunq; Potentes, virtutum momenta decent, & Nomina recti*, quæcunq; Optimos sanctitas, Civilitas, Bonitas commendat *PONTIFICES*; tota charitum ejusmodi & gratiarum plenitudo, in JOANNE; velut in Crystallo radij, in sole jubar, in Te adoratur. Ad Aras procedis? non *PRINCEPS*, non *PRÆSUL*, sed Numen, sed ipsa Latria, & Sanctitas Cultûs Divini Templum ingredi putatur. Pro Tribunali præsides? non Iudex, non Areopagita, sed Iustitia ipsa, & Themis Divina, Aram occupare, aut intaminati regione effulgere Cæli, causarum discutere nubila, innocentibus acclinare serenum, reis fulmina intendere, à cunctis creditur. Ut cætera silentio veneremur, illam quis non stupeat in tantarum majestate & divinitáte dotum virtutumq;, fere ad excessum *PRINCIPIS EMINENTIÆ*, qua Te omnium acclinas votis, descendis

infra singulos, humanitatem Tuam? quis non admiretur, cum totus sis Regum, Principum, ac Monarcharũ Orbis, totus Ecclesiæ, Senatûs, Reipublicæ Polonæ, quomodo dividere Te possis, & Civibus etiam, Nobilium Atrijs, Religiosorum Ordinum claustris dispertire, communicare? Non Tibi jam, sed toti genitum Te, *PRINCEPS*, credimus Orbi, & unam prorsus universi *GRATIAM*, qua & Coronaris ab Orbe, & tam Orbis quam singulorum nostrûm vota coronas. Extatico virtutum Tuarum abrepta stupore oratio, jam tantis imparem scribendis prodigijs dimiserat calamum, suiq; ausus deprecatura veniam, pro ultima periodo ac puncto ad Principes ruebat plantas. Sed incidit in majus Laudum profundum, amplior illam Gloriæ Tuæ ultra suos margines protendit Immensitas, Orbem & sæculorum Fastos implens,

Meritorum
Per Sum̃a DIGNITATUM Culmina Magnitudo.

TAntum Te, *CARDINALIS MAGNE*, Augusta Lucina, Tantum Natura & Virtus effecerat, ut prodiens in publicum, Giganteo quodam Gloriæ passu primas statim & amplissimas Honorum pervaderes Appias, integra attereres Olympia, Meritorum ubiq; in Patriam & Ecclesiam grandia relinquẽs vestigia. Ubicunq; Sacer stetisti Stadiodromus, assurrexit Ecclesiæ Dignitas, Religionis Decus, Nominis Honor Sarmatici. Sola tantum ad Tui præsentiam dejecta cadebat invidia, quod Te in omni Gradu Majorem semper viderit IOANNEM. Primus Meritorum Tuorum in Ecclesia fuit Gradus, qui alijs Supremus! totius Regni Frons, & Caput Ecclesiarum *GNESNA* Gemmã Te *PRÆLATORUM*, de Pyrrhi Annulo

nulo unam, ad suum pretium, ad cæterarum invidiam Diœcesiũ, obtinuit. Inde ad solem publicum evolare magna Aquila debuisti IOANNES, ubi totius Nidus *POLONIÆ*, unde prima Regni provolavit *AQUILA*, Gentis Polonæ Insigne ac Decus immortale. Et verò, etiam Tu in idem destinabaris à Superis, tam Regni Aquila, quàm Aquilæ Sol brevi evasurus. Interim Stallum illud plaudit hucusq; & vel nunc perennis gloriæ aureos Orbi præsentat characteres, quod Tuo, *CARDINALIS MAGNE*, consecrasti protunc Honore,

CANONICVS
&
CANCELLARIVS
Archi-Diœcesis
Gnesnensis.

PAludata Tullij, Florida Hortensij, Divina Platonis prodeat necesse in paginam Eloquentia, ut Tuam

am celebret, qua Os Primatum Regni, Vice-Regũ oraculũ, Orbẽ jã vel tunc attonuisti Sarmaticũ, toti *Vocalis* Regno IOANNES, cum nondum in facie ejus stetisses. Quantus *REIPUBLICÆ* olim, futurus eras Nestor, quantus REGNI Mercurius; Májoribus Gemmis, in magno illo Virorum *PRÆSULUMq;* Seminario prælusisti. Exercebat se in Te, & ingenti consummabatur tanta in Palæstra, magisterio Æquitas, sertis donabatur prudentia, Laureas merebat Religio, Triumphos Ecclesia; quos ei & tunc jam bene parabas, & ampliores pòst in majori Curia, palmariè eras decumaturus. Triumphabat Te Iudice, & identidem, etiam Iudicum *PRÆSIDE* Archidiæcesanus Honor, suspiciebat Regnum Catonem & Aristidam Magnum, admirabatur Respublica novum æquitatis Sanctium, Iudiciorũ Atlantem; & ad majorem Te illicò cœpit exoptare Areopagum, ad altiores

ores tantum Solem Aquilas invitare. Ergo Gnesnensibus Gemmîs ad Regni Annulum, majoris ponderis Gemma processisti: Primò,

PROCANCELLARIVS REGNI, ac Supremus CANCELLARIVS.

PUblicam meritos æstimationem, sudores Tuos, quos pro Honore Primæ in Polonia Ecclesiæ, pro totius æquitate manutenenda eliquasti Regni, non potuit non pretiare Patria, nõ potuit nõ *GEMMA* Regni *SIGNATORIA* eos collegisse. Jam quis pretium illorum sub tanti sphæra *ANNULI*, competenti periodo exprimat Orator? Non à Latere jam & Corde Regis, Grandis Poloniæ Anima, vitam spirâsti publicam & salutem; sed Tanto etiam fatis prostrato Alcida, incollisus intractusq; Atlas, Regni totius

honorem portasti & æquitatem. Tuo *CARDINALIS EMINENTISSIME*, Pectore & Ore, spirabat Polona Themis, loquebatur Lex, sententiabatur Majestas & Libertas, Religio, ac Regni Honor sese tuebatur. Non potuimus queri in publica nuper Orphanitate, Regnum fuisse sine suo AVGVSTO! Tu Civem Patremq; gerebas! mortuus licet in se, vivebat in Te, immortalis PRINCEPS! animabatur integrè REX & Lex! & cujus viventis fuisti Cor, etiam mortui anima & spiritus publicus, servandæ inter fata vitæ communis, extitisti. Amara licet supervenerint tempora, melleum tamen sæculum *CANCELLARIÆ* Tuæ elaborabant Ceræ, quas melleâ Tua suadâ, & nectareis moribus, dulce mærentis Os Patriæ, & mellitus Nestor condiebas. Perorabas pro Regni Honore & Integritate, loquebaris Supremo Statûs Oraculo, sensuq; in commune bonum optimo, pro Republica; pero-

perorabant pro Te ore repando INFVLÆ, ut illis tantùm acclinares Caput, quo potiùs in Te coronarentur. Quantum igitur earum evasisti pretium! ferè uno ad prodigium tempore pluriũ sæculorum Labor, Votum & Gloria omnium, fortunatissimo successu,

LVCEORIENSIS, BRESTENSIS, CRACOVIENSIS EPISCOPUS, DVX SEVERIÆ.

QVanta Titulorum Majestas! quot Coronarum honor! tot Principes Mitræ inter trina *Vavelli Cracoviensis Diademata*, congregatæ: ut vel simul junctæ Tuum condignè coronarent Verticem, *CARDINALIS EMINENTISSIME*. Impar tamen Digni-

gnitati Tuæ, earum conatus, nunquã Honori Tuo ſufficiunt, niſi tres ejuſmodi INFVLÆ, cum tribus Cracoviæ *CORONIS*, in unum còaleſcerent *TRIREGNUM*, quod & Tibi precamur. Superaſti omne Honoris Sarmatici Faſtigium, *PRINCEPS MAXIME*, et potiùs Tuo ſublimaſti Nomine: *ANTISTES*, *quàlem Craciæ longæva vetuſtas Inivideat, ſimilemq́; ſequens dare neſciat ætas.* Iam ſe pluſquam coronatam ſentit, Vrbs *Regum coronatrix*, dum ſuum Te jactat *PRÆSULEM* qui totius *PRINCEPS* Eccleſiæ, Romani Senatûs AVGVSTVS, *REGIBUS PAR*, eſſe meruiſti. Et jam talis ante *CARDINALITIÆ* Tuæ Inaugurationem *PURPURÆ*, vel ex primo Præſuleæ & Ducalis iſtius acceſſu *CATHEDRÆ* colligi & adorari debuiſti. Socius *REGIS* eras Fortunatiſſimi: Ille *CORONAM*, Tu *MITRAM* PRINCIPEM, ab hac ſimul ſumebas Patria. Quidni igitur, *REGIBUS PAR*, vel

vel inde ſtatim agnoſcereris. Sẽper indoles magnæ æſtimantur ex conſortio. Leo non ſe immiſcet gregi, graditur cum Leonibus. Aquila imbellem declinat alitum turbam, in cælo quoq; Delphino finitima, pernix velociſſimo. Ganges Mare intrat, Pactolo comitatus. Sic Tecum, *CARDINALIS MAXIME*, natus huic Regno REX, Tui Honoris nuntius: Tu, *INFULA Regum Coronatrice*, Ille Regni redimitus *CORONA*, Parem Te REGIBUS, ſi aliunde talis non eſſes, demonſtravit. Verùm & id REGUM attingit Sublimitatem, quod Tibi ſpecialis Superum ſervavit ordinatio, contulit favor; dum ad famæ perennis pretium, ad DOMVS Æſtimatiſſimæ honorem, & Nominis immortalem Coronam, factus es

CORO-

CORONATOR SERENISSIMI AUGUSTI III. PACIFICATOR REIPUBLICÆ.

NE quid LIPSCIANO NOMINI deesset Regium, aut augustum, inclinavit LIPSCIO sui Fortuna Meriti, *REGEM*, submisit *AVGVSTVM*. CORONAM quoq; obtulit Patria, quam quia Fronti Tuæ Pontificiæ, CARDINALIS MAGNE, non fuit ausa imponere, concessit manibus. Sic præclarè gesta Tua coronavit. Submisit Tibi caput AUGUSTUS, qui Cor suum pridem in Te inclinaverat. Habuisti infra Te Majestatem, qui Regibus Par, & ferè Altior parabaris. Admovisti manus Pontificias AUGUSTO, & fecisti Augustiorem. DUX *Saxoniæ* & PRINCEPS Regius ante Te flexit, surrexit

REX POLONIÆ. Quantæ Virtutis Authoritas, Authoritatis Magnitudo! Unxisti *CHRISTVM DOMINI* alter JOANNES! Coronasti REGEM & REGNUM, & in utroq; Tua merita. Regalibus Vittis, Magni MONARCHÆ ligasti tempora, Tibi æternitatem famæ issigasti. Ut pretiosiorem verò, Tanti in Fronte PRINCIPIS fecisses CORONAM, præstantissimum ei inter gemmas addidisti decus, UNIONEM Animorum, & REIPVBLICÆ cum REGE. Diviserat Regale Pomum, imò Orbē Lechicum discordia; Coronatrix Tua univit Dextera & dexteritas. Implicuerant Gordio magis nodo fata, an ambitio REMPVBLICAM; sed felicior obtigisti in nodum hunc ALEXANDER. Quo CAPUT unxisti oleo, eodem, melior Athleta, Vires toti roborasti, CORPORIS, malè scissæ vulnera persanans, partes coire allaborasti REIPVBLICÆ. Tantum abest, ut non modò *REX* suo CORONATORI, sed

integra quoq; Coronam Tibi debeat POLONIA, Magno & Fortunato PACIFICATORI. Et hæc sunt Tuorum PRINCEPS, prodigia Meritorum, hæc summa Virtutum Capita, quæ totus Orthodoxus coronat Orbis, dum æterna Superum destinatione, fortunatissimo sæculi nostri successu, celebraris,

Sacræ Romanæ Ecclesiæ
AVSPICATISSIMVS
CARDINALIS,
REGNI POLONIÆ
Honorum Honor,
FORTVNARVM FORTVNA

REdit tandẽ ad suũ iterũ principiũ nostra Panegyris, & Immensitati Tuarũ non sufficiens Laudum, pro ultima dictionis gratulatoriæ periodo, Coronam ponit, qua Nomen & Fortunam POLONIÆ, in Te Superi coronarũt. EMINENTISSIME FORTVNATISSIME CARDINALIS. Est, ob quod

Vniver-

Vniversa Te adoret Polonia, ob quod solennes ad Templum HONORIS Tui votorum ferat victimas, Tuæ & suæ in Te sacrificet Fortunæ; ob quod nos, non jam Virtuti Tuæ, cui tanta de congruo & condigno debebatur Apotheôsis, quàm toti in Te applaudamus POLONIÆ! Nomen illius à fatorum invidia & malignitate, à cachinis & subsãnatione Gentium, mirum in modum, tanto Superûm vindicatum favore, erectum beneficio, sublimatum Honore, sacratum veneremur DIGNITATE. Erubesce, aut pallore tabesce Livor, ad alteram & verè secundam REGNI nostri PVRPVRAM! habemus REGEM, cujus Potentissimo & Invicto munimur Pectore, Victoriosis ad prosternenda fata, ad metendas triumphorum Laureas Oleasq; armamur *Gladiis*; habemus & REGIBVS PAREM, alterum Orbis nostri ALEXANDRVM, hujus Trojæ Hectorem, Cæli Atlantem! &, si Triumphale JOANNIS Tertij arridet Nomen, habemus JOANNEM Alterum,

Ecclesiæ

Ecclesiæ & Fortunæ nostræ CARDI-LEM, Herculeæsq; parē COLVMNAM, ád quam fatis ponamus *Non plus ultra*, Tibi verò PRINCEPS EMINENTISSIME, PVRPVRATÆ *plus ultra* Majestatis. A Te, velut à Cardine, tam Ecclesiæ Authoritas, Religionis Tutela, quàm Rerum nostrarum fortuna pendet & successus: tamdiu Incolumis vive, quamdiu Regnum erit quod serves, Ecclesia quam ornes, & regas PONTIFEX, *Scholæ Piæ*, quas Orbis *GRATIA* JOANNES, Gratioso PVRPVRÆ protegas obtentu, erigas EMINENTIA. *VOTVM EVROPÆ* es, Regni *CORONA*; Vota nostra & Reipublicæ coronabis, dum Superûm favente clementia, *candida Pace, candidis diebus, gemmeisq; horis* in Annorum Myriades, in Honoris Supremo Gradu, *PVRPVRATVS ECCLESIÆ HIERARCHA*, quod læto canimus plausu, devotis millies geminamus mentibus, adimplebis Votum:

PA-

PATREM misistis Superi, rerumq; Coronam!
Incolumem servate diu, nè fata triumphent.
Fortunæ melioris ATLAS, *Execelsa* COLVMNA
Herculeos superet nisus, Adamanteq; duro
Firmetur. Quo surgit Honor, quo Gloria Gentis
Sarmaticæ, Fasces quo cuncti Authore triumphant,
CARDINEÆ PRINCEPS Trabeæ *insignitus*
Sæcula digna suo vivat videatq; Senatu. (*Honore,*

Hoc se ROMA gravis, Lechiciq; Corona Trionis
Nobilitat: Latio vivat Lechiæq; perennis.
Flos PROCERVM, *glaciale gelu non sentiat unquā.*
Aurea quo Lechicæ donantur Lustra CORONÆ.
Sæcula perpetuet simul, Aureus Aurea PRINCEPS.

Imò si quid adhuc servavit GRATIA *Divûm,*
Thesauro repleat Tantum majore IOANNEM.
Vincat ALEXANDER, *quoquo sibi Gloria plaudit,*
Per dominum procedat Ebur, Primasq; Curules
Ad Capitolini Fastigia summa Triumphi.
Non Magnosq; Pares, non Pompejosq; Priores
Obtineat, toti sed Maximus imperet Orbi.
(*niplos,*
LIPSCIA, *quæ Regno plenos dant* RASTRA *Ma-*
Montibus *è Patriis assurgant* Colle Quirino.

